

136. 1578. Dez. 19. Stephanus Kholnerus Melicensis Austr.
Vngar.
137. 1591. April 20. Adam. ab Anckerreitth Sabariensis.
138. 1592. „ 29. Andr. Crallius Radtmans Torphensis
Carniol.
139. 1601. März 28. Joa. Teube Ungarus.
140. 1602. Dez. 9. Casparus Partinger Psoniens. Ungar.
141. „ „ 9. Christophor. Pirchaimer a Pirchenau
Ungarus.
-

7.

Zur Geschichte des Socinianismus.

Von

Lic. Dr. **Otto Clemen** in Zwickau.

Zur Abwehr gegen fortwährende Angriffe und Bedrängungen übergaben die preussischen Socinianer 1666 dem großen Kurfürsten eine von Samuel Przypkowski verfasste Apologie und „nicht lange danach ein kurzes Glaubensbekenntnis, fast nur aus Schriftstellen zusammengesetzt und daher für die Darstellung des socinianischen Lehrbegriffs von wenig Bedeutung. Es ist dasselbe Glaubensbekenntnis, welches 1716 von Samuel Crell ins Deutsche übersetzt ward, und zugleich das Hauptbekenntnis der siebenbürgischen Unitarier. Abfassungszeit und Verfasser sind unbekannt“. (Otto Fock, *Der Socinianismus*, 1. Abteilung, Kiel 1847, S. 255). Dieses Glaubensbekenntnis, betitelt: *Confessio fidei exulum Christi, qui ab eius sanctissimo nomine Christiani tantum appellari amant, Ab iisdem, dum haereseos inculpabantur, Serenissimo ac Potentissimo Electori Brandenburgico dedicata, ist abgedruckt in Friderici Samuelis Bock Historia Socinianismi Prussici maximam partem ex documentis MSSis, Regismonti 1754, p. 71—76. Bock giebt zu dieser confessio (qua convenientiam placitorum suorum cum sacra scriptura et symbolo apostolico non sine miranda fraude monstrare nitebantur) die Bemerkung: Quo vero praecise anno et auctore confessio haec sit exarata, certo statui nequit.*

Vor kurzem gelangte nun eine Quarthandschrift in meinen Besitz, die die *confessio fidei exulum Christi* in zwei Abschriften und darauf unter der Überschrift, in der sie das Bekenntnis der siebenbürgischen Unitarier geworden ist, nebst einem fortlaufenden ausführlichen Kommentar enthält. Ich theile vorläufig diese Überschrift und einiges aus der Einleitung mit, was mir wichtig scheint für die Geschichte des Unitarismus und insbesondere dieses Glaubensbekenntnisses (der Verfasser ist hiernach Benedictus Wissowatius [Wiszowaty], Vater des bekannten Andreas W.) sowie für die Stellung, welche die Unitarier der Grofskirche gegenüber einnehmen wollten.

Confessio Fidei Christianae secundum Unitarios inter quatuor in Transylvania Religiones receptas numerata, Fundamentalibus patriae istius legibus, diplomatibus variisque rescriptis caesareis, verbis regiis, capitulationibus principum approbata.

Notae.

Haec confessio, cum exules Poloni Unitarii in ditionibus Brandenburgicis a quibusdam inquietarentur, per Benedictum Wissowatium, verbi divini ministrum in Cosmovia Borussiae, patrem reverendi ac clarissimi Andreae Wissovatii, ibidem verbi divini ministri ecclesiae Polonicae Claudiopoli collectae, edita fuerat, et Claudiopoli prelo submissa sub titulo: *Confessio fidei Exulum Christi*, qui ab eius sanctissimo nomine Christiani tantum appellari amant, ab iisdem, dum haereseos inculpabantur, serenissimo Electori Brandenburgico, dedicata. At anno 1719 praesens titulus eidem confessioni in Transylvania praepositus per Fel. quondam Samuelem Biro, augustissimi imperatoris Caroli VI^{ti} principis in Transylvania haereditarii consiliarium in gubernio Transylvanico intimum Actualem, atque eidem sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestati publico nomine humillime porrecta. *Confessio.* Confessio est aperta et sincera nostrae de Deo eiusque cultu sententiae ad eius gloriam coram hominibus vel scriptis aut aliis actibus sacra declaratio. — Quales confessiones conscribere, cum aliqua religio calumniis, suspicionibus gravatur, ut tum alienis ab ea, tum rudibus in ea genuine constet, utile est, modo eadem ne pro regula credendorum habeantur, sed tantum pro declarationibus sententiae eorum, qui eos conscripserunt, neque secundum eas decidantur controversiae, sed ipsae etiam controversiones ad verbum divinum examinentur. Confer Episcopium in praefatione ad confessionem Remonstrantium. — *Fidei* variae sunt appellationes S. Sacrae. Hic significat firmum mentis assensum erga ea, quae nobis a Deo revelata sunt. *Fides* vero Chri-

stiana tanquam excellentissima fidei in Deum species est ille solidus assensus quatenus Deo se per evangelium [in] Christo revelanti credimus. Unde oritur fiducia vel Dei promissionibus revelatis vel tantum eius sapientiae, bonitati, rationabiliter supraedificata. — Fidei Christianae summa est credere Jesum esse Christum seu generis humani servatorem (vel quae per evangelium revelata sunt credere vera esse). Haec erat fidei formula temporibus apostolorum a baptizandis tanquam necessaria ad Salutem requisita (act. 8, 37). Utinam huic apostolicae simplicitati posterioribus seculis acquievisset Christiani! Haec formula est etiam breve Compendium symboli, quod communiter apostolicum vocatur. Sed sequioribus seculis novi fidei articuli variis Scripturae Sacrae incognitis phrasibus concepti coeperunt disseminari. Unumquodque ferme concilium novam fidei formulam publicavit, dissentientes communione christiana indignos iudicavit. Inde orta Schismata, varia anathemata et persecutiones, quae praecaveri potuissent, si posterius paucis iisque perspicuis articulis, quibus Christianum a Judaeis aliisque falsis religionibus discriminantur, contenti fuissent; necessaria enim ad salutem semper eadem sub evangelio neque successu temporis augentur. — Et cum Deus nulli hominum mortalium in conscientiam alterius dominatum concesserit, neutra partium suam sententiam alteri ut necessariam poterit obtrudere; ut enim quisque suum sensum liberum sibi cupit, ita alteri quoque eandem, quam sibi vindicavit, libertatem concedere debet. Si quis errat, Deo tenetur rationem reddere sui erroris, si non errat, id a Deo, non ab hominibus debet iudicari et probari. — Secundum Unitarios, id est: prout Unitarii confitentur. Hinc 1) dantur Christiani praeter Unitarios, 2) Unitarii quoque pro Christianis habendi; credunt enim et hi et illi vera esse, quae Deus per Christum Dominum revelavit, voluntque secundum eandem revelationem vivere, et salutem per Christum dominum exspectare. Licet in quibusdam fidei articulis et Scripturae sacrae verbis interpretandis dissentiant, non tamen ob id Christianorum [communione] et nomine hi vel illi excludendi. Inter Judaeos quoque tres erant sectae, dogmatibus, ritibus et moribus dissentientes, Pharisei, Sadducaeii et Esseni; non tamen exclusi fuerunt a communione religionis mosaicae. — Coeperunt vero [scil. Unitarii] Albae Juliae (tunc Carolinae) in Transylvania appellationem Unitariorum assumere, ad differentiam eorum, quibus trinitatis nomen placet. Unitarii enim S. Scripturae, symboli apostolici, primaevaeque ecclesiae vestigiis insistentes noluerunt vel ab aliquo homine denominari vel in Deo divisionem quaerere, sed unum (ut essentia, ita persona) Deum summum, creatorem coeli et terrae, qui est pater, unicum (tam persona, quam natura) Dominum Jesum Christum in uno spiritu sancto profiteri. Unde

etiam voluerunt in Polonia christiani, secundum ipsos christianin ad distinctionem ab aliis christianis, qui a baptismo Chrescianin dicuntur, appellare. Hodie in diversis locis diversas habent denominationes. Dicuntur etiam in Belgio collegiantes ob unitatem spiritualis quam intendunt unionis; appellati sunt a baptismo Anabaptistae, quod multi eorum sacri baptismatis ritu non infantes, sed adultos fidei capaces voluerunt initiari, eosque non aspergendo, perfundendo, sed secundum divinum mandatum primitivaeque ecclesiae praxim ad sepulturae typum exprimendum mergendo. Nuncupati sunt etiam Pingoviniani, Rakoviani a praecipuis commorationis suae locis, Samosatensiani a Paulo Samosateno, episcopo circa annum Christi 260 Antiocheno, Photiniani a Photino episcopo circa annum Christi 350 Sirmiensi, Sociniani a Laelio et Fausto (ex principis Italici familia oriundo) Socinis, quoniam iidem in defendendo unitatis in divinitate dogmate inter alios multum operae praestiterunt. Arianorum quoque titulo traducuntur, forte ut veteribus Arianorum ulciscendis iniuriis fiat praetextus. Unitarii tamen non magis possunt dici Ariani, quod in quibusdam conveniant cum Ario, quam omnes alii Christiani, qui habeant aliquid commune cum eodem; quin multi sunt Christiani, cum quibus in certis articulis non conveniunt Unitarii.

8.

Miscelle.

Eine eigentümliche Parallele zu den drei Mauern Luthers, die die Romanisten um sich gezogen haben, findet sich bei Wiclif de ecclesia (ed. Loserth 357, 29 ff.) als „triplex velum quo mentes fidelium sunt cecate“ (Z. 23):

„Velum autem trimembre statuit [*curia*] [1] inprimis principium quod non licet christiano dictum vel factum eorum discernere, cum sint dii subterranei quibus donata est potestas clavium par cum Christo, qui possunt scripturam sacram statuere corrigere et mutare, et cum solum convincerentur ex scriptura sacra et factis propriis, patet quod non restat in eos medium accusandi. [2] Secunda pars veli consequenter adicit, quod subdi